2628 basis marmorea litteris detritis. Tusculi in villa Rufinella.

/ / / / / / D / / /
/ / / ENATVS
SENTENTIA
EX MVNERIBVS
C FABI C · F · PASSIENI
SATVRNINI
AVGVRIS AED LVSTR

Descripsi. Biondi ms. f. 28 (inde Canina p. 175); Amati apud Biondium ms. f. 33 valde mendosam, ut ipse monuit, paullo diversam ms. Vat. 9738 f. 3, 9751 f. 22' (ab Amatio Borghesius, unde ed. Henzen syll. n. 6022); Henzen syll. n. 6997, qui viderat ipse cum Mommseno et exemplum Caninae cum lapide contulerat; Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 198.

Quae dedi, certa sunt; adposui lectiones priorum selectas. — 1 om. priores. — 2 DE ENATVS Biond., DE SENATVS Canin., idque repetivit Henz. — 4 IN MVNERIBVS Biond. — 5 FABIAE PASSIENI Biond. Amat. (Vat.), PATRI L PASSIENI Amat. ap. Biond. — 7 AVGVRIS AVGVSTI Biond. Amat.

2629 basis marmorea. Romae *dietro a S. Lorenzo in Lucina in una casa che è del Sr. Frco. Iesse* [?] SVAR., in atrio aedium Franc. Serrae GVD.; ibidem ut videtur, in domo quadam *via della Vignaccia* vidit SARTI, frustra quaesivit BORM. — In hortis Ludovisiis MVR. errore. — Origine esse Tusculanam iam Henzen coniecit; cf. adnotat. ad n. 2620.

Ꟶ · FICTORIO · Ꟶ · L
SYNHISTORI · CVR
AEDITVOM · CASTORIS
ET POLLVCIS
XVI
AEDITVI
CASTORIS · ET · POLLVCIS
POST · MORTEM
H · C ·

Suaresius Vat. 9140 f. 116' manu aliena nobis ignota; Gudius ms. 992, 9, ed. 170, 6; Mur. 178, 1 laudans schedas Ptolemaeas, e quibus nos non enotavimus; Sarti ms. de visu. Orelli n. 2443. Huius corporis vol. VI n. 2202.

1 M (pro Ꟶ) Mur. — FICTOIRIO Sarti, lapsu calami ut videtur. — M·F Mur. — 3 AEDITVO Gud. (ed., non ms.). — 4 FOLLVCIS Suar. Gud. (ms.). — 6 AEDIT·VI Suar., AEDIT·VI Gud. (ed.).

2630 'destructores marmorum comminuerunt hoc epigramma in palatio sanctorum Apostolorum [Romae], et repertum fuerat in agro Tusculano' IVCVND. — S. l. PANV. MAN. LIPS. — Iuxta Cyperanum oppidum GRVT. nescio quo errore. — Vix est origine Tusculana, potest esse Ostiensis, cf. supra p. 8 not. 4.

T · FLAVIO · T · LIB · HILARIONI
DECVR · COLL · FABR · EX LVSTRO · XV
NVNGENTO AD SVBFRAG · LVSTRO · XVI
MAG · QVINQ · COLL · FABR · TIGNARIOR
LVSTRO · XVII · HONORAT · EX LVSTRO XIIX
CENSOR BIS AD MAG·CREANDO LVST·XIX·ET·XX
IVDEXS INTER ELECT· XII · AB ORDINE LVST· XXII
CLAVDIA · TI · F · PRISCA VIRO OPTIMO
ET FLAVIA · T · F · PRISCILLA PATRI OPTIMO

Servavit Iucundus Ver. f. 44', Magl. f. 67' (ex codice Iucundi cardinalis S. Crucis Pighius Berol. f. 25; Metellus ad Mazochium suum nunc Vaticanum). Ex Iucundo pendet Mazochi f. 59. Interpolata legitur apud Panvinium fast. ad a. 895, unde pendent Manutius orth. 417, 18 (inde Ligorius ms. Taur. 8 et 26) et Lipsius auct. 42, 5 a Scaligero (ex his Grut. 411, 2; ex hoc Orelli 3891).

Versuum distributio nostra est. Exemplum dedimus Iucundi licet pluribus locis mendosum. — 1 LIB] L, 3 VNGVENTO, 6 CREANDOS, 7 IVDEX, ELECTOS·XXI Panv. cum Man. et Lips.; praeterea 3 AD PVBFRAG, 5 EX] ET Man. Lips.

Ad v. 3 Mommsen confert verba Plinii h. n. 33, 2, 31: *nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis.*

2631 basis marmorea. Tusculi ad villam Rufinellam.

FLAVIAE · C · F
TARENTINAE
MVNICIPI · ET
SODALI
CORNELIA · D · F
SECVNDA
MATER · POSVIT

Descripserunt Henzen et Lanciani. Nibby *viaggio* 2 p. 40 (inde Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 129), *analisi* 3 p. 352; Amati ms. Vat. 9738 f. 7 et apud Biondium ms. f. 33; Biondi ms. f. 28 (inde Canina p. 174).

6 IVCVNDA Lanc.

4 *sodali* intellege *iuvenum*, altera sodalis iuvenum mulier est infra n. 2635.

2632 *a* fragmentum epistylii lapidis Tusculani alti m. 0,31 litteris m. 0,12, in vetere Tusculo insertum muro casae rusticae; *b* una cum fragmentis epistyliorum n. 2622 exhibent AMATI et BIONDI, nunc desideratur.

a |LOCAVIT · P · GABINI/ *b* S · P · F · RVFVS

Fragmentum *a* descripsimus ego et Henzen, exhibent Nibby *viaggio* 2 p. 47 (inde ut videtur Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 122), *analisi* 3 p. 331 et Amati ms. Vat. 9738 f. 10 et apud Biondium f. 33' et ipse Biondi ms. f. 29' (inde Canina p. 174). *b* habent Amati ms. Vat. 9738 f. 8 et apud Biondium ms. f. 33'; ipse Biondi ms. f. 36'; Canina p. 175.

Cum fragmento *a* coniunxi *b* mihi non visum, nisus eo quod Biondi adnotavit huius fragmenti litteras minores esse litteris epistylii n. 2622, litterae autem fragmenti *a* et ipsae illis sunt aliquanto minores. — *b* in. S·P·F Amat., |VS·P·F Biondi, ubi V orta est ex parte altera ultimae litterae fragmenti *a*.

2633 Frascati in villa Rufina Falconieriorium GORI, similiter DONAT. GIOV. — In horto domus Falconieriorum Romae in via Iulia humi iacentem lapidem vidit GVASCO, qui addit inlatum esse museo Capitolino, ubi nunc certe non extat.

D · M ·
IVLIO · SEVER
INO · PATRON
O · CVLTORV
M · DIANESI
VM · BENEM
ERENTI · FEC
ERVNT · ANTE
STIVS · VICTORINVS
ET · AGATHEMER
ET · ASCLEPIODO
TVS

Gori cod. Marucell. A 6 f. 104 ex schedis Philippi Stosch, qui descripserat mense Oct. 1726; ex iisdem puto Donati 419, 13, qui auctorem non laudat; Giovenazzi inter Marinii schedas Vaticanas; Guasco mus. Cap. 3 p. 223 n. 1323. Orelli 2398.

2. 3 SEVERI|NO Guasc., SEVE|INO Gori Donat. — 6—10 aliter distribuit Guasc. — 11 in. E evanidam esse significat Guasc. — 12 cum v. 11 coniungit Don., om. Gioven.

2634 effossa inter rudera veteris Tusculi a. 1742, Romam allata et empta a Bellisario antiquario GIORG.; effossa Tusculi a. 1742, nunc apud Alex. card. Albanium ID. altero loco; similiter REV. In Tusculano prope aedem S. Georgii MVR. Romae apud Albanium ANN. In villa Albania MAR. et adhuc.

SEX · OCTAVIVS · SEX · F · PAL · FELICIANVS
SENATOR MVNICIPI ET · AEDIL · REXS · SACR
OB HONOREM OBLATVM · SIBI · PRAEFECTVR
A COLLEGIO · DENDROFORVM · SCHOLAE · EO
RVM · LOCO INPETRATO · AB · ORDINE · PARTEM · AV
OMNE OPERE
XIT · TOTAMQVE · PECVNIA · SVA · CONSVMMAVIT

Descripsit de Rossi. Giorgi sched. Casanat. bis; Revillas sched. Berol.; Mur. 2024, 4 'misit Io. Ioseph. Ramaginius'; Ann. ms. columb. VII d. 11 Mart. 1742 p. 140 descriptam a Venutio; Marini *iscr. Alb.* p. 24 (inde Canina p. 173); Fea *indic.* p. 78, 19; Visconti catal. vill. Alb. p. 183 n. 20. Orelli 2279.

6 vocabula OMNE OPERE postmodum addita esse videntur.